Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0001

vore barbarum [illegible] e barary
[illegible] ade quinquagesi ohe
[illegible] op Repidat [illegible]
lebrate ohel parte liber Do
tam[illegible] particulare Brati vult
[illegible] jal [illegible] e
apud [illegible] ale
[illegible] marie ohe [illegible] regulis puer
[illegible] que [illegible] ea tamen
[illegible] da [illegible] vero
[illegible] alia alleg appellamus
ergo libellum vetere vult [illegible]
[illegible] [illegible] vide magistri
[illegible] [illegible] [illegible]
plicatio [illegible] [illegible]
[illegible] fuit quatuor ista
[illegible] sub vore gerunt [illegible]

W3.116

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0002

Johannes Andreas Wittebergensis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0003

andreas Kolner

Preclaru
num trag
ce opus mira et
ciarum subtilita
bene beateq vi
cijs dehortatio
osis sacrarū vir
vbertate q̄ plu

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0004

Auli Flacci Persij poete Satyrarum opus.

GW M31339

❡ Argumenta satyrarũ Persij Per magistrũ Johannem Cubitensem.

Persius ecce notat scribentes vana poetas.

Arguit hec hominũ curas et inania vota.

Hinc et desidiam satyrarũ tertia mordet.

In quarta arguitur iuuenis nimis ambitiosus.

Libertate opus est satyra vt tibi quinta notabit

Vltima castigat q̃ auara est vita parentũ.

Vita Persij

Persius flaccus in vicesimo (ut refert eusebius) natus est secundo anno post passionem christi dei nostri et ex patre flacco et matre fulvia / hic ad philosophiam vacans videbatur in adolescentia romam missus qui ubi eo tempore viginti annis [struck] flenius studiosum / etate iam adulta satiras miro carminis artificio scripsit ante sex satiras quarum haud dubium quin primam esse O curas hominum etc. Nam aliud nec fonte labra est etiam prologus dicenda quam quae satira Et persius autem ut dicit quintilianus magna gloria in uno [struck] libro meruit. Unde luculentus epigrammaticus poeta marcial scripsit in libro memorato Persius uno est qui carmine satiricum ad extirpanda vitia inventum est dicta quia satira a silvestribus satiris sicut enim satiri in silvis saltat de arbore ad arborem ita satiricus poeta reprehendo exsaltat de vitio ad vitium

Auli Flacci Persii poete Satyrarum opus.

Prefatio.

Nec fonte labra proluì caballino.

Nec in bicipiti somniasse parnaso

Memini: ut repente sic poeta prodirem.

Helyconiadas: pallidamque pyrenem

Illis relinquo quorum imagines lambunt

Hedere sequaces ipse semipaganus

Ad sacra vatum carmen affero nostrum:

Quis expediuit psitaco suum chere:

Picas quis docuit verba nostra conari:

Magister artis ingeniique largitor:

Venter negatas artifex sequi voces.

Quod si dolosi spes refulserit nummi:

Coruos poetas: et poetidas picas

Cantare credas pegaseium mellos.

Argumentum satyre prime

Persius ecce notat scribentes vana poetas

Satyra prima.

Curas hominum o quantum est in rebus inane

Quis leget hec: min tu istud ais: nemo

Vel duo: vel nemo turpe et miserabile: quare? hercle nemo:

Ne mihi polydamas et troades labeonem

Pretulerint. nuge. non si quid turbida roma

Elevet accedas. examenve improbum in illa

Castiges trutina: nec te quesiveris extra.

Nam rome est: quis non? ac si fas dicere: sed fas

Tunc cum ad caniciem: et nostrum istud vivere triste

Aspexi: et nucibus facimus quecunque relictis:

Tum sapimus patruos: tunc tunc ignoscite: nolo

Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno

Scribimus inclusi: numeros ille: hic pede liber

Grande aliquid quod pulmo anime prelargus anhelet

Scilicet hec populo perusq; : togaq; recenti
Et natalitia tandem cum sardonice albus
Sede leges celsa liquido cũ plasmate guttur
Mobile colluerit patranti fractus ocello.
Hic neq; more probo videas: nec voce serena
Ingentes trepidare titos: cũ carmina lumbum
Intrãt: & tremulo scalpũtur vbi intima versu.
Tun vetule auriculis alienis colligis escas:
Auriculis: quibus et dicas cute perditus: ohe
Quid didicisse nisi hoc fermentũ et q̃ semel int°

Innata est rupto iecore exierit caprificus:
En pallor: seniumq;: o mores: vsq; adeo nẽ
Scire tuũ nihil est: nisi te scire hoc sciat alter:
At pulchrũ est digito monstrari: et dicier hic est
Ten cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas: ecce inter pocula querũt
Romulide saturi quid dia poemata narrent

Hic aliquis cui circa humeros et iãthina lena est
Rancidulum quiddam balba de nare locutus
Phyllidas hypsipylas: vatũ et plorabile siquid
Eliquat: et tenero supplantat verba palato.
Assensere viri: nunc non cinis ille poete
Felix? non levior cippus nunc imprimit ossa?
Laudant convive: nunc non e manibus illis
Nunc non e tumulo: fortunataqȝ favilla
Nascentur viole? rides ait et nimis vncis
Naribus indulges an erit qui velle recuset
Os populi meruisse: et cedro digna locutus
Linquere: nec scõbros metuẽtia carmina nec tũ?
Quisquis es o modo quẽ ex adverso dicere feci:
Non ego cum scribo: si forte quid aptius exit:
Quando hec rara avis est si quid tñ aptius exit:
Laudari metuam neqȝ enĩ mihi cornea fibra est
Sed recti finemqȝ extremũqȝ esse recuso

Euge tuũ et belle: nam belle hoc excute totum.
Quid non intus habet. non hic est ilias acci:
Ebria veratro non si qua elegidia crudi
Dictarũt proceres: nõ quicquid deniq; lectis
Scribitur in citreis calidum scis ponere sumen.
Scis comitem horridulum trita donare lacerna
Et verum inquis amo. verũ mihi dicito: de me
Qui pote: vis dicam: nugaris: cum tibi calve
Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.
O iane a tergo quẽ nulla ciconia pinsit:
Nec man⁹ auriculas imitata est mobilis albas:
Nec lingue quantũ sitiat canis apula tantũ
Vos o patricius sanguis quos vivere fas est:
Occipiti ceco postice occurrite sanne.
Quis populi sermo est. q̃s em̃ nisi carmia molli
Nunc demũ numero fluere: vt per leue severos
Effundat iunctura vngues: scit tendere versum

Non secus ac si oculo rubricam dirigat vno.
Siue opus in mores: in luxum et prandia regū
Dicere res grandes nostro dat musa poete
Ecce modo heroas sensus afferre videmus
Nugari solitos grece nec ponere lucos
Artifices nec rus saturum laudare vbi corbes
Et focus et porci: et fumosa palilia feno:
Vnde remus sulcoq; terens dentalia quinti
Cū trepida ante boues dictaturā induit vxor:
Et tua aratra domum lictor tulit euge poeta
Est nunc brysei quem venosus liber acci.
Sunt quos pacuuiusq; et verrucosa moretur
Antiopa erumnis cor luctificabile fulta.
Hos monitus patres pueris infundere lippos
Cū videas querisne vnde hec sartago loquendi
Venerit in linguas: vnde istud dedecus: in quo
Trossulus exultat tibi per subsellia leuis:

Nil ne pudet capiti non posse pericula cano
Pellere: quin tepidum hoc optet audire decēter
Fur es ait pedio pedius quid: crimina rasis
Librat in antithetis: doctas posuisse figuras
Laudat: bellū hoc: bellū hoc: an romule ceues
Men moueat quippe ꝛ cātet si naufragus assem
Protulerim: cantas cū fracta te in trabe pictū
Ex humero portes: verum nec nocte paratum.
Plorabit qui me volet incuruasse querela.
Sed numeris decor est et iunctura addita crudis
Claudere sic didicit versum berecyntius atys
Et qui ceruleum dirimebat nerea delphin
Sic costam longo subduximus apenino
Arma virū: nōne hoc spūosum ꝛ cortice pingui:
Vt ramale vetus pregrandi subere coctum:
Quidnā igitur tenerū: ꝛ laxa ceruice legendū est
Torua mimalloneis implerunt cornua bombis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0013

Et sectum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris: et lyncem menas flexura corymbis.
Euion ingeminat: reparabilis assonat echo.
Hec fierent si testiculi vena vlla paterni
Viueret in nobis? summo de lumbe saliua
Hoc natat in labris: et in vdo est menas et atys
Nec pluteū cedit: nec demorsos sapit vngues.
Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas vide sis ne maiorum tibi forte
Limina frigescant. sonat hic de nare canina
Littera. per me equidem sint omnia ptinus alba
Nil moror. euge: oēs etem̄ bene mire eritis res
Hoc iuuat: hic inquis veto quisquā faxit oletū
Pinge duos angues: sacer est pueri locus extra
Meite discedō: secuit lucilius vrbem.
Te lupe: te muti: et genuinum fregit in illis.
Omne vafer vicium ridenti flaccus amico

Tangit et admissus circum precordia ludit
Callidus excusso populum suspendere naso
Men mutire nefas. nec clã: nec scrobe: nec usq̃
Hic tamen infodiam vidi: vidi ipse libelle
Auriculas asini quis nõ habet? hoc ego opertũ
Hoc ridere meum tam nil nulla tibi vendo
Iliade. audaci quicunq; afflate cratino
Iratum eupolidem pregrandi cum sene palles
Aspice et hec: si forte aliquid decoctius audis:
Unde vaporata lector mihi ferveat aure:
Non hic qui in crepidas graiorũ ludere gestit
Sordidus: et lusco qui possit dicere lusce.
Sese aliquem credens italo q̃ honore supinus
Fregerit heminas areti edilis iniquas
Nec qui abaco nũeros: et secto in pulvere metas
Scit risisse vafer: multum gaudere paratus
Si cynico barbam petulans nonaria vellat

His mane edictum: post prādia calliroen do.

Argumentum satyre secunde.

Arguit hec hominū curas ⁊ inania vota:

Satyra Secūda.

Hunc macrine diē nūera meliore lapillo
Qui tibi labētes apponit cādid⁹ ānos
Funde merum genio: non tu prece poscis emaci
Que nisi seductis nequeas cōmittere diuis.
At bona pars procerū tacita libabit acerra (ros
Haud cuiuis p̄mptū ē murmurq3 hūilesq3 susur-
Tollere de templis: et ap̄to viuere voto (spes
Mēs bona fama fides hec clare et vt audiat ho-
Illa sibi introrsum. et sub lingua murmurat o si
Ebullet patrui preclarum funus: et o si
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule pupillūue vtinā: quē p̄ximus heres
Impello: expugnam: nāq3 est scabiosus: et acri

Bile tumet: nerio iam tertia ducitur vxor:
Hec sctē vt poscas tyberino in gurgite mergis
Mane caput bis terq3: et noctez flumine purgas
Heus age responde: minimū est qđ scire laboro
De ioue quid sentis: estne vt preponere cures.
Hunc cuiq3: cui nam: vis staio: an scilicz heres
Quis potior iudex: puerisue quis aptior orbis:
Hoc igitur quo tu iouis aurem impellere tentas:
Dic agedū staio: proh iuppiter o bone clamet
Juppiter at se se non clamet iuppiter ipse:
Ignouisse putas: quia cum tonat ocyus ilex
Sulphure discutitur sacro: quā tuq3 domusq3
An quia non fibris ouium ergennaq3 iubente
Triste iaces lucis euitandumq3 bidental
Idcirco stolidam prebet tibi vellere barbam
Juppiter: aut quidnā est: qua tu mercede deoꝝ
Emeris auriculas: pulmone ⁊ lactibus vnctis:

B i

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0017

Ecce auia aut metuens diuum matertera cunis
Exemit puerū: frontemqꝫ atqꝫ vda labella
Infami digito et lustralibus ante saliuis
Expiat vrentes oculos inhibere perita.
Tūc manib9 quatit: ⁊ spem macrā supplice voto
Nunc licini in campos: nūc crassi mittit in edes
Hunc optent generum rex et regina. puelle
Hunc rapiant quicquid calcauerit hic rosa fiat.
Hec ego nutrici non mando: vota negato
Juppiter hec illi: quāuis te albata rogarit.
Poscis opem neruis: corpusqꝫ fidele senecte
Esto age: sed grandes patine tucetaqꝫ crassa
Annuere his superos vetuere: jouemqꝫ morātur
Rem struere exoptas ceso boue mercuriūqꝫ
Accersis fibra: da fortunare penates.
Da pecus et gregibus fetum quo pessime pacto
Tot tibi cū in flammas iunicū omēta liquescant

Attamen hic extis: et opimo vincere ferto
Intendit: iam crescit ager: iam crescit ouile:
Iam dabit: iam iam donec deceptus et expes
Nequicquã fundo suspiret nũmus in imo
Si tibi crateras argenti incusaqꝫ pingui
Auro dona feram sudes: et pectore leuo
Excutias guttas: letari pretrepidum cor.
Hinc illud subijt auro sacras quod ouato
Perducis facies. nam fratres inter ahenos
Somnia pituita qui purgatissima mittunt:
Precipui sunto sitqꝫ illis aurea barba.
Aurum vasa nũme: saturniaqꝫ impulit era
Vestalesqꝫ vrnas: et thuscum fictile mutat
O curue in terras anime celestium inanes
Quid iuuat hoc templis nr̃os immittere mores
Et bona dijs ex hac scelerata ducere pulpa?
Hec sibi corrupto casiam dissoluit oliuo:

Hoc calabrum coxit vitiato murice vellus:
Hec baccham conche rasisse ⁊ stringere venas
Ferventis masse crudo de pulvere iussit.
Peccat: et hec peccat: vitio tamē vtitur: at vos
Dicite pōtifices in sacro quid facit aurum?
Nempe hoc quod veneri donate a vgine puppe
Quin damus id superis de magna qd dare lāce
Non possit magni messale lippa propago
Compositum ius fasq;: animi sanctosq; recessus
Mentis: et incoctum generoso pectus honesto
Hec cedo vt admoueam templis: et farre libato

¶ Argumentū satyre tertie

Hinc ⁊ desidiam satyrarum tertia mordet.

Satyra Tertia.

Empe hoc assiduē. iā clarū māe fenestras
Intrat: ⁊ angustas extēdit lumine rimas
Stertimus indomitū: quod despumare falernū

Sufficiat quinta dum linea tāgitur umbra
En quid agis: siccas insana canicula messes
Iā dudū coquit: et patula pec⁹ oē sub ulmo est
Unus ait comitum: verū ne: ocyus adsit
Huc aliquis: nemon: turgescit vitrea bilis:
Finditur arcadie pecuaria rudere credas
Jam liber et positis bicolor membrana capillis:
In que manus carthe: nodosaque venit arundo.
Tūc querit crassans calamo qd pēdeat humor:
Nigra quod infusa vanescat sepia lympha.
Dilutas queritur geminet quod fistula guttas
O miser inque dies ultra miser huccine rerū
Venimus: at cur non potius teneroque palumbe
Et similis regum pueris papare minutū
Poscis: et iratus mamme lallare recusas:
An tali studeam calamo: cui verba: quid istas
Succinis ambages: tibi luditur: effluis amens

Contemnere: sonat vitiū percussa maligno
Respōdet viridi percussa fidelia limo.
Vdū et molle lutū es: nūc nūc pperand⁹ ⁊ acri
Fingēdus sine fine rota: sed rure paterno
Est tibi far modicū purū ⁊ sine labe salinū
Quid metuas? cultrixq; foci secura patella
Hoc satis? an deceat pulmonē rumpere ventis
Stemmate qd thusco ramum millesime ducis
Censoremq; tuū: vel quod trabeate salutas?
Ad populū phaleras: ego te intus ⁊ in cute noui
Non pudet ad morem discincti viuere nacte
Sed stupet hic vitio: fibris increuit opimū
Pingue: caret culpa: nescit quid perdat et alto
Demersus summa rursus non bullit in vnda
Magne pater diuū seuos punire tyrannos
Haud alia ratione velis: cum dira libido
Mouerit ingeniū: feruenti tincta veneno

Virtutem vt videant: intabescantqꝫ relicta
An ne magis siculi gemuerunt era iuuenci
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter ceruices terruit imus
Imus precipites quã si sibi dicat et intus
Palleat infelix: quod proxima nesciat vxor.
Sepe oculos memini tingebam paruus oliuo
Grandia si nollē morituri verba catonis
Discere ab insano multū laudanda magistro
Que pater adductis sudans audiret amicis
Iure etenim id summū quid dexter senio ferret
Scire erat in voto: damnosa canicula quantū
Raderet: anguste collo non fallier orce
Neu quis callidior buxum torquere flagello
Haud tibi inexpertū est curuos deprēdere mores
Queque docet sapiēs braccatis illita medis
Porticus insomnis quibus indetōsa iuuentus

Inuigilat siliquis ⁊ grandi pasta polenta,
Et tibi que samios diduxit littera ramos:
Surgentē dextro monstrauit limite callem
Stertis adhuc: laxumqꝫ caput cōpage soluta
Oscitat hesternū dissutis vndiqꝫ malis.
Est aliquid quo tendis: ⁊ in quo dirigis arcū?
An passim sequeris coruos: testaqꝫ lutoqꝫ
Securus quo pes ferat. atqꝫ ex tempore viuis?
Helleborū frustra: cum iam cutis egra tumebit
Poscentes videas: venienti occurrite morbo
Et quid opus cratero magnos ꝓmittere mōtes
Disciteqꝫ o miseri: et causas cognoscite rerū:
Quid sum⁹: aut quidnā victuri gignimur: ordo
Quis datus: aut mete qꝫ mollis flexus et vnde
Quis modus argēto: quid fas optare: qđ asper
Vtile nūmus habet patrie cariſqꝫ propinquis
Quantū elargiri deceat: quem te deus esse

Iussit et hūana qua parte locatus es in re.
Disce: nec inuideas / q multa fidelia putet
In locuplete penu defensis pinguibus vmbris
Et piper et perne marsi monumenta clientis
Menaq quod prima nondum defecerit orca
Hic aliquis de gente hircosa centurionū
Dicat quod satis est sapio mihi: non ego curo
Esse quod arcesilas: erumnosiq solones
Obstipo capite: et figentes lumine terram
Murmura cum secum et rabiosa silentia rodūt
Atq exporrecto trutinantur verba labello
Egroti veteris meditantes somnia. gigni
De nihilo nihil: in nihilum nil posse reuerti.
Hoc est cur palles: cur quis nō prandeat: hoc est
His populus ridet: multumq torosa iuuentus
Ingeminat tremulos naso crispāte cachinnos.
Inspice nescio quid trepidat mihi pect⁹ et egris

Faucibus exuberat grauis halit⁹: inspice sodes

Qui dicit medico iussus requiescere: postq̃

Tertia compositas vidit nox currere venas

De maiore domo modice sitiente lagena

Lenia loturo sibi surrentina rogarit

Heus bone tu palles: nihil est: videas tñ istud:

Quicquid id est surgit tacite tibi lutea pellis

At tu deterior palles ne sis mihi tutor:

Jam pridem hunc sepeli: tu restas: perge tacebo

Turgidus hic epulis: atq; albo ventre lauatur.

Gutture sulphureas lente exhalante mephites

Sed tremor inter vina subit: calidũq; trientẽ

Excutit e manibus: dentes crepuere retecti

Vncta cadunt laxis hinc pulmentaria labris

Hinc tuba candele tandemq; beatulus alto

Cõpositus lecto: crassisq; lutatus amomis:

In portam rigidos calces extẽdit: at illũ

Hesterni capite induto subiere quirites.

Tange miser venas. et pone in pectore dextram

Nil calet hic summosque pedes attinge: manusque

Non frigent: visa est si forte pecunia: sive

Candida vicini subrisit molle puella:

Cor tibi rite salit: positum est algente catino

Durum olus: et populi cribro decussa farina

Tentemus fauces tenero latet vlcus in ore

Putre quod haud deceat plebeia radere beta

Alges cũ excussit mẽbris timor albus aristas.

Nũc face supposita feruescit sanguis: et ira

Scintillant oculi: dicisque facisque quod ipse

Non sani esse hominis non sanus iuret orestes.

❡ Argumentũ satyre quarte

In quarta arguit iuuenis nimis ambitiosus.

Satyra Quarta

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0027

Rem ppl'i tractas: barbatū hoc crede ma

Dicē: sorbitio tollit quē dira cicute

Quo fretus: dic hoc magni pupille pericli.

Scilicet ingeniū: ⁊ rerum prudentia velox

Ante pilos venit: dicenda tacendaq; calles:

Ergo vbi commota feruet plebecula bile

Fert animus calide fecisse silentia turbe

Maiestate manꝰ: quid deinde loquere: quirites

Hoc puto nō iustum est: illud male rectius istud

Scis etenim iustum gemina suspendere lance

Ancipitis libre: verum discernis vbi inter

Curua subit: vel cum fallit pede regula varo

Et potis es nigrum vitio prefigere thita

Quin tu igitur summa nequicq̄ pelle decorus

Ante diem blando caudam iactare popello

Desinis: anticyras melior sorbere meracas

Quo tibi summa boni est: vncta vixisse patella

Semper: et assiduo curata cuticula sole.
Expecta haud illud respõdeat hec anus: i nunc
Dinomaches ego sum: suffla dũ cãdidus: esto
Dũ ne deterius sapiat pannutia baucis:
Cum bene discincto cãtauerit ozima verne

Vt nemo inse se tentet descendere nemo:
Sed precedenti spectatur mantica tergo.
Quesieris nostin vectidi predia: cuius
Diues arat curibus: quantũ nõ miluus oberret
Hunc ais? hunc: dijs iratis: genioqȝ sinistro
Qui quandoqȝ iugũ pertusa ad compita figit.
Seriole veteris metuens deradere limum
Ingemit hoc bene sit tunicatũ cum sale mordẽs
Cepe ⁊ farratam pueris plaudẽtibus ollam:
Pannosam fecem morientis sorbet aceti.
At si vnctus cesses. et figas in cute solem
Est prope te ignotus cubito qui tangat et acre

Despuat in mores: penemque: arcanaque lumbi
Runcantem: populo marcentes pandere vuluas.
Tu cum maxillis balanatum gausape pectas
Inguinibus: quare detonsus curgulio extat?
Quinque palestrite licet hec plantaria vellant
Elisasque nates labefactent forcipe adunca
Non tamen ista filix vllo mansuescit aratro.
Cedimus inque vicem prebemus crura sagittis
Viuitur hoc pacto: sic nouimus ilia subter
Tecum vulnus habes: sed lato baltheus auro
Protegit vt mauis: da verba: et decipe neruos
Si potes: egregium cum me vicinia dicat
Num credam? viso si palles improbe nummo
Si facis in penem quicquid tibi venit amarum:
Si puteal multo cautus vibice flagellas
Ne quicquam populo bibulas donaueris aures
Respue quod non es. tollat sua munera cerdo.

Tecum habita vt noris q̄ꝫ sit tibi curta supellex.

❡ Argumentū satyre quinte

Libertate opus est satyra vt tibi quinta notabit

Satyra quinta.

v Atib⁹ hic mos est cētū sibi poscere voces
Cētū ora ꝛ linguas optare ī carmie cētū
Fabula seu mesto ponatur hianda tragedo
Vulnera seu parthi ducentis ab inguine ferrū.
Quorsum hec? aut quātas robusti carmis offas
Ingeris. vt par sit centeno gutture niti?
Grande locuturi nebulas helicone legunto.
Siquibus aut prognes. aut siquib⁹ olla thyeste
Feruebit sepe insulso cenanda glyconi.
Tu neqꝫ anhelanti coquitur dum massa camino
Folle p̄mis ventos: nec clauso murmure rauc⁹:
Nescio quid tecū graue cornicaris inepte:
Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas:

Verba toge sequeris iunctura callidus acri
Ore teris modico. pallentes radere mores
Doctus et ingenuo culpam defigere ludo.
Hinc trahe q̄ dicas. mensamqꝫ relinque mycenis
Cum capite et pedibus plebeiaqꝫ prandia noris
Nō equidē hoc studeo: bullatis vt mihi nugis.
Pagina turgescat dare pōdus idonea fumō.
Secreti loquimur: tibi nunc hortante camena.
Excutienda damus precordia: quantaqꝫ nostre
Pars tibi sit cornute anime tibi dulcis amice.
Ostendisse iuuat pulsa dignoscere cautus.
Quid solidum crepet: et picte tectoria lingue
Hinc ego centenas ausim deposcere voces:
Vt quantū mihi te sinuoso in pectore fixi.
Voce traham pura: totūqꝫ hoc verba resignet
Quod latet arcana nō enarrabile fibra:
Quū primū pauido custos mihi purpura cessit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0032

Bullaqꝫ succinctis larbus donata pependit.
Cum blandi comites: totaqꝫ impune suburra
Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo
Cumqꝫ iter ambiguum est: et vite nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes
Me tibi supposui: teneros tu suscipis annos.
Socratico cornute sinu: tunc fallere sollers
Apposita in tortos ostendit regula mores:
Et premitur ratione animus: vinciqꝫ laborat
Artificemqꝫ tuo ducit sub pollice vultum.
Tecū etenim longos memini consumere soles
Et tecum primas epulis decerpere noctes.
Vnum opus et requiē pariter disponim⁹ ambo.
Atqꝫ verecunda laxamus seria mensa.
Non equidem hoc dubites amborū federe certo
Consentire dies: et ab vno sydere duci.
Nostra vel equali suspendit tempora libra

Parca tenax veri: seu nata fidelibus hora.
Diuidit in geminos concordia fata duorũ:
Saturnũq; grauẽ nostro ioue frangim⁹ vna:
Nescio qđ certe est qđ me tibi temperat astrũ:
Mille hominũ species. et rerum discolor vsus.
Velle suũ cuiq; est: nec voto viuitur vno.
Mercibus hic italis mutat sub sole recenti
Rugosum piper et pallentis grana cymini.
Hic satur irriguo mauult turgescere somno
Hic campo indulget. hunc alea decoquit. ille
In venerem est putris. sed cũ lapidosa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi:
Tum crassos transisse dies: lucemq; palustrem
Et sibi iam seri vitam ingemuere relictam.
At te nocturnis iuuat impallescere chartis.
Cultor em̃ iuuenũ purgatas inseris aures
Fruge cleantea. petitẽ hinc iuuenesq; senesq;

Finem animo certum: miserisq; viatica canis
Cras hoc fiet: idē cras fiet? quid? quasi magnū
Nempe diem donas: sed cum lux altera venit.
Jam cras hesternū cōsumpsimus: ecce illud cras
Egerit hos annos et semper paulum erit vltra.
Nam quāuis prope te: quāuis temone sub vno
Vertentem sese frustra sectabere cantum
Cum rota posterior curras: et in axe secūdo:
Libertate opus est. non hac qua quisq; velina
Publius emeruit scabiosum tesserula far
Possidet. heu steriles veri: quibus vna quirite
Vertigo facit. hic dama est non tressis agaso:
Vappa et lippus et in tenui fartagine mendax
Verterit hunc dn̄s momento temporis exit
Marcus dama: pape marco spōdente recusas
Credere tu nūmos: marco sub iudice palles:
Marcus dixit: ita est assigna marce tabellas.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0035

Hec mera libertas: hanc nobis pilea donant
An quisquã est alius liber: nisi ducere vitam
Cui licet vt voluit: licet vt volo viuere nõ sum.
Liberior bruto: mendose colligis inquit.
Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto:
Hec reliqua accipio licet vt volo viuere tolle.
Vindicta postq̃ meus a pretore recessi/
Cur mihi non liceat: iussit quodcũq; volũtas:
Excepto si quid masuri rubrica vetauit:
Disce: sed ira cadat naso: rugosaq; sanna
Dum veteres auias tibi de pulmone reuello
Non pretoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia: atq; vsum rapide permittere vite
Sambucam citius caloni aptaueris alto.
Stat contra ratio: et secretam gannit in aurẽ.
Nec liceat facere id quod quis vitiabit agendo.
Publica lex hominũ: naturaq; continet hoc fas

Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.
Diluis helleborū certo compescere puncto.
Nescius examen: vetat hoc natura medendi.
Nauim si poscat sibi peronatus arator:
Luciferi rudis. clamet melicerta perisse
Frontem de rebus: tibi recto viuere talo
Ars dedit: et veri speciem dignoscere calles.
Nequa suberato mendosum tinniat auro:
Queq sequenda forent: et que vitāda vicissim.
Illa prius creta mox hec carbone notasti.
Es modicus voti presso lare. dulcis amicis.
Jam nunc astringas: iam nunc granaria laxes:
Inq luto fixum possis trascendere nummū
Nec gluto sorbere saliuā mercurialem.
Hec mea sunt teneo: cum vere dixeris: esto
Liberq ac sapiens pretoribus ac ioue dextro.
Sin tu cum fueris nostre paulo ante farine

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0037

Pelliculā veterem retines et fronte politus
Astutam vapido seruas sub pectore vulpem
Que dederā supra repeto: funemqȝ reduco
Nil tibi concessit ratio: digitum exere: peccas.
Et quid tam paruū est? sed nullo thure litabis
Hereat in stultis breuis vt semuncia recti.
Hec miscere nefas: nec cum sis cetera fossor
Tris tamē ad numeros satyri moueare batylli.
Liber ego vnde datū hoc sumis tot subdite reb⁹.
An dominū ignoras: nisi quē vindicta relaxat.
I puer: et strigiles crispini ad balnea defer:
Si increpuit cessas nugator: seruitiū acre
Te nihil impellit nec quicq̄ extrinsecus intrat
Quod neruos agitet: sed si intus et in iecore egro
Nascuntur domini quā tu impunitior exis:
Atqȝ hic quē ad strigiles scutica et met⁹ egit heri
Mane piger stertis surge inq̄t auaritia eya (les

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0038

Surge negas: instat: surge inquit nō queo surge
En quid agā: rogitas: en saperdā aduehe ponto
Castoreū: stuppas: hebenū: tus. lubrica coa
Tolle recens primū piper e sitiente camelo.
Verte aliqd: iura. sed iuppiter audiet: heu heu
Vare regustatum digito terebrare salinum
Contemptus perages si viuere cū ioue tendis
Iā pueris pellē succinct⁹: et enophorū aptas
Ocyus ad nauem: nihil obstat quin trabe vasta
Egeum rapias: nisi sollers luxuria ante
Seductū moneat: quo deinde insane ruis quo
Quid tibi vis calido sub pectore mascula bilis
Intumuit quā non extinxerit vrna cicute.
Tun mare transilias tibi torta canabe fulto
Cena sit in transtro: veientanūqꝫ rubellum
Exhalet vapida lesum pice sessilis obba?
Quid petis vt nūmi quos hic quincūcꝫ modesto

Nutrieras: peragrant auidos sudare deunces.
Indulge genio: carpamus dulcia: nostrū est
Quod viuis: cinis ⁊ manes: et fabula fies.
Viue memor leti: fugit hora: hoc qđ loq̄r inde ē
En qđ agis: duplici in diuersum scinderis hamo
Hūcine an hūc sequeris: subeas altern⁹ oportet
Ancipiti obsequio dominos alternus oberres.
Nec tu cū obstiteris semel instantiq; negaris
Parere imperio: rupi iam vincula dicas.
Nam luctata canis nodum arripit: ast tamē illi
Cum fugit: a collo trahitur pars lōga cathene.
Daue cito hoc credas iubeo finire dolores.
Preteritos: meditor crudū cherestratus vnguē
Abrodens ait hec an siccis dedecus hostem
Cognatis: an rem patriā rumore sinistro
Limen ad obscenū frangam: dū chrisidis vdas
Ebrius ante fores extincta cum face canto:

Euge puer sapias diis depellentibus agnam
Percute. sed censen plorauit daue relicta?
Nugaris. solea puer obiurgabere rubra:
Ne trepidare velis atq; arctos rodere casses.
Nūc ferus & violēs. at si vocet haud mora dicas.
Quidnā igitur faciā: ne nūc cū accersor et vltro
Supplicet accedam: si totus & integer illinc
Exieris nūc nunc: hic hic: quē querim⁹ hic est
Non in festuca lictor: quē iactat ineptus.
Jus habet ille sui palpo quē ducit hyantem
Cretata ambitio: vigila: et cicer ingere large
Rixanti populo: nostra vt floralia possint
Aprici meminisse senes: quid pulchrius: at cū
Herodis venere dies: vnctaq; fenestra
Disposite pinguem nebulā vomuere lucerne
Portantes violas: rubrūq; amplexa catinū
Cauda natat thynni: tumet alba fidelia vino

Labra moues tacitus: recutitaqꝫ sabbata palles
Tunc nigri lemures: ouoqꝫ pericula rupto
Tunc grandes galli: et cū sistro lusca sacerdos
Incussere deos inflantes corpora: si non
Predictū ter mane caput gustaueris alli.
Dixeris hec inter varicosos centuriones:
Continuo crassum ridet vulphernius ingens
Et centum grecos curto centusse licetur.

¶ Argumentū satyre sexte

Ultima castigat q auara est vita parentū.

Satyra sexta.

a Dmouitiā bruma foco te basse sabino?
Iāne lyra et tetrico viuūt tibi pectine corde
Mire opifex numeris: veterū primordia vocū
Atqꝫ marem strepitum fidis intendisse latine
Mox iuuenes agitare iocos: et pollice honesto
Egregios lusisse senes: mihi nunc ligus ora

Intepet: hybernatq3 meū mare: q̄ latus ingēs
Dant scopuli et multa littus se valle receptat
Lunai portum est opere cognoscere cives:
Cor iubet hoc enni: postq̄ destertuit esse
Meonides quintus pauone ex pythagoreo
Hic ego securus vulgi: et quid preparet auster
Infelix pecori, securus et angulus ille
Vicini nostro quia pinguior: etsi adeo omnes
Ditescant horti peioribus vsq3 recusem
Curu⁹ ob id minui senio: aut cenare sine vncto
Et signū in vapida naso tetigisse lagena.
Discrepet his alius geminos horoscope varo
Producis genio solis natalibus est qui
Tingat olus siccum muria vafer in calice empta
Ipse sacrū irrorans patine piper: hic bona dēte
Grādia magnanim⁹ pagit puer: vtar ego vtar
Nec rumbos ideo libertis ponere lautus.

Nec tenuem solers turdorū noscere saliuā.
Messe tenus propria viue: et granaria fas est
Emole: qđ metuis; occa: en seges altera in her
Ast vocat officiū trabe rupta bruttia saxa (ba est.
Prehēdit amicus inops: remq̃ꝫ oēm surdaq̃ꝫ vota
Condiditionio: iacet ipe in littore et vna
Ingentes de puppe dei. iamq̃ꝫ obuia mergis
Costa ratis lacere: nunc et de cespite viuo
Frāge aliquid: largire inopi: ne pictus oberret
Cerulea in tabula: sed cenam funeris heres
Negliget iratus: quod rem curtaueris vrne
Ossa inodora dabit: seu spiret cinnama surdū:
Seu ceraso peccent casie nescire paratus.
Tu ne bona incolumis minuas: sed bestius vrget
Doctores graios: ita fit postq̃ꝫ sapere vrbi
Cū pipere et palmis venit nostrꝫ hoc mare expers
Fenisece crasso vitiarūt vnguine pultes.

Hec cinere vlterio: metuas: tu meus heres
Quisquis eris paulum a turba seductior: audi
O bone num ignoras: missa est a cesare laurus.
Insignem ob cladem germane pubis: et aris.
Frigidus excutitur cinis: ac iam postibus arma
Jam clamides regū: iam lutea gausapa captis
Esse daqꝫ ingentesqꝫ locat cesonia rhenos.
Dijs igitur genioqꝫ ducis centum paria ob res
Egregie gestas induco: quis vetat? aude.
Ve nisi conniues. oleum: arto creasqꝫ popello
Largior: an ꝓhibes. dic clare: nō audeo inquis
Exossatus ager iuxta est. age: si mihi nulla
Jā reliqua examitis patruelis nulla ꝓneptis
Nulla manet patrui sterilis matertera vixit:
Deqꝫ auia nihilum superest: accedo bouillas
Cliuūqꝫ ad virbi: presto est mihi manius heres
Progenies terre quere ex me quis mihi quartus

Sit pater haud ꝓmpte dicã. tũ adde etiã vnũ

Vnũ etiã: terre est iam filius; et mihi ritu

Manius hic generis ꝓpe maior auunculus erit.

Qui prior es cur me in decursu lampada poscis?

Sum tibi mercurius: venio deus huc ego: vt ille

Pingitur. an renuis: vin tu gaudere relictis.

Deest aliqd summe minui mihi: sed tibi totũ est

Quicqd id est: vbi sit fuge qrere ꝙ mihi quondã

Legarat stadius: neu dicta repone paterna

Fenoris accedat merces; hinc exime sumptus

Quid reliquũ ẽ. reliquũ: nũc nũc impẽsius vnge

Vnge puer caules; mihi festa luce coquatur

Vrtica. et fixa fumosum sinciput aure:

Vt tuus iste nepos olim satur anseris extis

Cum morosa vago singultiet inguine vena

Patritie immeiat vulue: mihi trama figure

Sit reliqua: ast illi tremat o mẽto popa vẽter.

Vende animā lucro: mercare atqꝫ excute ſolers
Omne latus mundi: ne ſit preſtantior alter
Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta:
Rem duplica: feci: iam duplex: iā mihi quarto:
Jam decies redit in rugas: depinge vbi ſiſtam.
Juuentus chryſippe tui finito: acerui.

Finis.

pandere ... ... tibi
summa ...
corporibus tanti fateor dare
... forma
fluctuat et parat et se ...
iactat
... ...
...

desere iam ... bone ... quod glaria laudis
et ... ... modo que sit ... fu...

mat...

oro ... quem ...
... ... et ...
... confirmat

... ...
...
... filium
... ...
... ...
filium ... ... statim
quedam ... postulaont
... per sompnum dare responsa

mat...

... ...
... ...
... ...
... ... ardor

... ...

... ...
... ...

... arbor ... ...
adoratissima

... ...

... modo ...
...

In illo tempore

Anima [illegible] est [illegible]

[illegible]

Hoc est [illegible] ut nihil posse [illegible] esse [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

A[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0050

Auli Flacci Persij poete Satyrarum opus.

GW M31339

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-ha32-171133730-151371792-16/fragment/page=0051